



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Prælati possunt peccare suum gregem visitando.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

in castas & non castas denotat dum dicit, Despondi
vos vni viro virginem castam exhibere. Et confirma-
tur : quia aliter Ecclesia daret occasionem fallendi,
nam & mulieres & puellæ cum toto mundo vocant
virgines quæ carnis retinent integritatem. Et propte-
rea si aliud quam hoc Ecclesia exigeret , quum ponit
a puellis consecrandis si virgines sunt falli oportet
Ecclesiam: & tamen puellæ non decipiunt Ecclesiam
dicentes se esse virgines quandiu carnis retinent inte-
gritatem quia hoc intelligunt per esse virginem . Et
confirmatur adhuc quia in Pontificali Romano post
quam dictum est quod Pontifex diligenter inquirat
ante consecrationem de ætate xxv. annorum, & pro-
posito seruandi virginitatem, subiungittur. Et insuper
seorsum cum qualibet consecranda , de vita & con-
scientia & carnis integritate. Vbi clare patet explicari
quod per virginitatem intelligat Pontifex inquirens
scilicet carnis integritatem . Et haec sunt dicta, ne pu-
ter quis puellas integras carne, mente autem & negli-
gentia seu complacentia pollutionum delectabilium
corruptas à consecratione repellendas esse, quia irre-
parabiliter perdiderunt virginitatis virtutem. Possunt
enim consecrari : quia sunt verè virginis secundum
statum, licet non secundum virtutem.

*Prælati possunt peccare suum gregem
visitando.*

Visitatio (qua Episcopi seu Prælati visitant gre-
gem suum) illicita redditur si non conformetur
factis Canonibus , & specialiter formæ præcepitæ in
lib. vi. de censi. cap. Romana.

Contemptus extremæ vñctionis peccatum est.

Vñctionem extremam quamvis non teneatur
homo accipere ut necessariam ad salutem , con-
temptus tamen illius peccatum est mortale, non mi-

dus

nius quam quilibet aliis contemptus aliorum man-
datorum Ecclesiae.

Violatio votorum semper damnabilis est.

VOti violatio peccatum est mortale: quia est per-
fidia contraria fidei Deo debitæ ex promissione
ipsi Deo facta. Est nanque votum promissio Deo fa-
cta de bono. Est autem promittere constituere se
debitorem eius quod promittitur.

Et propterea sicut ad virtutem fidei seu veracitatis
pertinet ut seruetur promissio facta homini ita ad
virtutem fidei religiosæ spectat ut seruetur promissio
facta Deo de re illi grata. Et consequenter irreligiosæ
perfidiaz est violare promissionem factam Deo de re
Deo grata, quam promissionem vocamus votum. Et
scito quodd quando factum est votum de illo bono
ad quod quis non tenebatur: perfidia voti est specia-
le peccatum mortale. Quando vero factum est vo-
tum de illo bono ad quod omnino tenebatur, perfi-
dia voti est circumstantia mutans speciem, & neces-
saria ad confitendum: ut si quis voulit non fornicari,
si postea fornicatur, crimen illud est & in specie for-
nicationis, & in specie perfidiaz irreligiosæ.

*Materia voti diuersis respectibus est
consideranda.*

ET quoniam frequenter contingit confessores de
votis iudicare, ideo diffusorem oportet sermo-
nem facere. Primo, ex parte materiae. Secundo, ex
parte videntis. Tertio, ex parte impedimentorum
occurrentium. Quartio, ex parte dispensationis seu co-
mutationis. Quis enim materia voti sit solùmodo bo-
num aut sub præcepto aut sub consilio diuino con-
tentum, alienum à voti materia scito omne illicitum, omne
quod est contra consilium diuinum, & omne indifferens;

ita

Despondi
confirma-
fallendi,
o vocant
t propte-
um ponit
oportet
celesiam
ent inte-
hem. Et
no post
inquirat
& pro-
t insuper
& con-
explicati
nquirens
a, ne pu-
& negli-
cibilium
via irre-
Possunt
cundum

em
ant gre-
ormetur
epiæ in
m est.
neatur
, con-
on mi-
dus